



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 52. Natalis Vieuville a Sorbona mulctatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. non possunt. Die autem decima Maij
 A. C. 1681. S. Concilii Congregatio declaravit, quod
Parochi teneantur pro Parochianis Sa-
 crificium applicare, & quidem, si reditus
 sint pingues, singulis diebus, si tenues,
 saltem diebus festivis: Eadem quoque
 Congregatio die quinta Julij decidit,
 quod Beneficiati debeant obsequi Ca-
 nonicis, nec iis æquiparari. Denique
 die vigesima tertia Augusti censuit, quod
 Abbates Cisterciensium possint per Ab-
 batem Generalem vel Vicarios Genera-
 les, aut alios ab eo subdelegatos bene-
 dici, etsi Abbates provideantur a Da-
 taria cum clausula, ut recipiant bene-
 dictionem a Catholico Antistite.

§. LII.

Natalis Vieuville a Sorbona multatus.

Argentre
Collect. Jud.
t. 3. part. 2.

Habebat die decima octava Augusti
 Natalis Vieuvilleus Baccalaureus
 pro obtinenda prima Doctoratus Laurea
 suam disputationem, in qua præter alias
 propositiones Parisiis propugnabat, si-
 bidinem sentiendi, nunquam esse sine pec-
 cato, ac Doctoribus, qui hanc thesin
 impugnabant, respondebat, motus con-
 cupiscentiæ primo primos esse peccata,
 necnon peccata dari quædam involun-
 taria & necessaria &c. cum ergo de
 ejus.

ejusmodi responsionibus plurimi que-
rerentur Doctores, Edmundus Pirotus
Sorbonæ Syndicus conscriptam tradi-
dit sanæ doctrinæ declarationem, quam
Natalis in proxima disputatione die trige-
sima præfati Mensis prælegeret. Verum
Baccalaureus, incassum etiam hortante
Præside, id facere recusabat, quapro-
pter Facultas Parisiensis Theologica
septem nominavit Doctores, qui hanc
causam discuterent, & desuper in pro-
ximis comitiis referrent. Hi ergo præ-
stituta die declararunt, quod præfati
Baccalaurei thesis in multis propositio-
nibus subdole & maligne esset contexta,
ac ipsemet disputans inter responden-
dum multa protulisset minus ortho-
doxa, & damnatis Jansenii propositio-
nibus consona; jubebatur igitur, pa-
lam profiteri, se quinque Jansenii pro-
positiones in ipsius sensu damnare, id
vero non semel, sed iterato, ac perti-
nacissime renuit, hinc ob tantam pervi-
aciam censuerunt Doctores, præfa-
tum Natalem peccasse in Constitutiones
Apostolicas, & Facultatis censuras, qui-
bus Jansenii doctrina damnatur, proin-
pœnis ibidem statutis eum subjacere,
atque omni jure ac Doctoratus laurea
privari, suoque gradu illum excidisse:
Hoc deputatorum judicium Facultas
post maturam deliberationem die octava

Sæc. XVII.
A. C. 1681.

Rr 5

No-

Sæc. XVII. Novembris executioni dedit. Sub idem
 A. C. 1681. tempus David Clericus apud Antistites
 Cleri Gallicani Parisiis congregatos ac-
 cusabatur, quod in suo libro de *Cana-
 nicis Episcoporum judiciis* docuisset, Epi-
 scoporum causas in primo congressu
 ad Tribunal Pontificis deferri posse, nec
 sine auctoritate Romani Pontificis quic-
 quam ab Episcopis in Concilio congre-
 gatis definiri posse, Romanumque Pon-
 tificem in dijudicandis etiam quæstio-
 nibus facti infallibilem esse. Hæc ex
 suo libro perperam deduci, sibi que im-
 poni, David scriptotenus declarare co-
 gebatur, ut Gallorum Antistitem, qui
 se immotos Pontificiæ auctoritatis vin-
 dices verbis profitebantur, indignatio-
 nem, severasque poenas evitare posset.

§. LIII.

Synodi Tornacensis decreta.

Concil. Ger-
 man. t. 10.

Hoc item anno die vigesima secunda
 Aprilis Gilbertus Choiseulius Tor-
 nacensis Episcopus denuo suam Diæce-
 sanam celebravit Synodum, in qua
 sublatis quibusdam corruptelis prohibi-
 tum, ne infantes, antequam primum
 a nativitate annum compleverint, in
 Parentum lectis ponantur, nec etiam
 nocturni conventus inter utriusque se-
 xus Personas fiant. Præcepit insuper
 Syno-